

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies decimus et undecimus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romæ, 1868**

Testamentum E Codice nostro, olim Vallicellensi, PMS. 159, cum Mirœi et  
Leibnitii editionibus collato.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71246](#)

**A4.** ROTGERUS. clesii cathedralibus dignitate eundem Can-  
gum ad vocabulum istud vides.

dd Brunoni existisse in omni negotio con-  
junctissimum Folcmarum, etiam prodit trans-  
lationis S. Evergisi Historia, in Sancti no-  
stri apud Surium cap. 27 Vitam ab interpo-  
tore illata.

ee Folcmarum ergo constituerit Bruno testa-  
menti sui executorem.

ff Episcopalis nempe ecclesiæ Coloniensis  
cathedra.

gg Thiedericus nimirum seu Theodoricus  
et Euracrus, quorum prior sub anni 965 ini-  
tium in sedem Trevirensim Henrico, poste-  
rior anno circiter 960 in Leodiensem Balderi-  
co successerat.

hh Surius et Leibnitius melius legunt: Ut  
anno illo per singulos dies numquam mil-  
lus quam libra Denariorum integra etc.

ii Bruno itaque non tantum S. Pantaleonis,  
sed et aliorum Sanctorum reliquis, S. Pan-  
taleonis monasterium, de quo in Comment.  
præv. num. 118 et quatuor segg. egimus, di-  
tarit.

**B** kk Ita Brunonem, qui a nonnullis scripto-  
ribus Magni etiam appellatione ob rerum ge-  
starum magnitudinem condecoratur, non exi-  
guam post se apud multos reliquies probita-  
tis ac sanctitatis famam, Rotgerus haud ob-  
scure prodit.

## TESTAMENTUM

**E** Codice nostro, olim Valli-  
cellensi, PMS. 159, cum  
Mirai et Leibnitii editionibus  
collato.

**B**runo, servus Christi, filii Coloniae Deo mi-  
litantibus. Quæ in animum induxi, de re-  
bus, que divina michi commisit Munificientia,  
dispensandis, vestro roborari judicio, inniti te-  
stimonio **a**, si ipsum me præsentem hæc Deus  
vobiscum communicare non siverit, dignissi-  
mum statui scripto ad vos perlato **b**.

**C** 2 Eapropter ex sententia fratrum nostrorum  
Theoderici, Wiefredi **c**, qui et ipsi alumnpi ve-  
stri sunt, cuncta consciscite, recte, Deo volen-  
te, cuncta transagite\* **d**, et e quicquid the-  
sauri nostris opibus illati ecclesiæ, quicquid  
clavibus hujus Evizonis viri illustris Kimiliar-  
chi f S. Petri custoditur, præter si quid a mi-  
nistris nondum relatum sit, nequid ab ecclesia  
divisum esse videretur, sub testimonio Christi  
et Ecclesiæ ante altare S. Petri palam domino  
Poppone proto **g** et yconomy ecclesiæ nostra  
congesta diligenter ratione inspecta vasa au-  
rea et preciosiora quæque in ministerio sanctæ  
Dei Genitricis Mariae et B. Petri Apostoli in  
ipsa ecclesiæ in perpetuo usu perpetuo conse-  
rentur.

3 Cuppam **h** auream, sigillum **i** et scutalam  
Greacam **k**, que penes nos sunt, beato Pantaleo-  
ni. Candelabra præterea, qui in ministerio nostro  
sunt, cotidiana, equitem argenteum a Ma-  
guntiaco archiepiscopo datum, pallia decem  
optima, vasa decem argentea ex melioribus, li-

bras centum ad claustrum perficiendum **l**, tre-  
centas ad Ecclesiam ampliandam, cortinam la-  
tiorem, mensalia **m** tria, tapetia tria, scannia  
lia **n** totidem, mappas triginta.

4 Insuper equarum quicquid nobis fuerit,  
ipsis, quæ Ecclesiæ repertæ sunt, exceptis, vil-  
lis **s**, quas ecclesiæ nostræ adquisivi, Langalon  
juxta Rhenum, Werebetti, Heingilon, Lidron,  
Wishem, quam Mosa alluit; domum quoque  
Sobrini nostri Metensis episcopi et villam Ba-  
vingan; insuper quicquid de rebus ecclesiæ no-  
stra tenet, tradoo. Detur etiam usui monachoru-  
rum tercia pars hujus anni fructuum ad usus  
nosstrorum elaboratorum.

5 Jerichomium p loco competenti ad nutum  
abbatis non longe a cenobio constituantur, cui,  
quicquid predii nobis Tuicci est **q**, Jeresfelt pre-  
terea in Saxonia usque ad situm **r**, et, quicquid  
Gevehardus, quondam Bonnensis præpositus,  
juxta Mosellam scitur habuisse, confero; et, ut  
hoc bona venia nostri senioris **s** et successoris  
fieri queat, pro utriusque nostrum remedio Ru-  
othinge, quod Ecclesiæ rebus opera nostra au-  
gmentatum est **t**, ut libet, utatur.

6 Instar orationis, quod beato Privato con-  
struximus juxta altare S. Martini in Occidente  
ecclesiæ, beato Gregorio Magno martyri, qui  
recens adductus est **u**, fiat, ubi sacratissimum  
corpus ejus recondatur. Huic fundando centum  
librae legentur.

7 Cuppas **x** aureas fratibus nostris ad S. Pe-  
trum, libras viginti, cortinam, mensalia duo,  
scannalia totidem.

8 Ad S. Geronis altare ureci magni, pal-  
lia duo, tapete ex majoribus, fratibus naves **y**  
et librae duodecim, mensale et scannalia duo **z**.

9 Ad altare Sti. Severini consummandum qua-  
tuor librae auri, fratibus librae octo, vasa duo,  
mensale, scannalia duo, tapete unum.

10 Sancto Cuniberto **aa** scutulae due, Sanctis  
Ewaldis duobus pallia tria, fratibus vasa duo,  
librae octo, mensale, scannalia duo, tapete  
librae sex.

11 Sancto Andreæ **bb** librae triginta, pallia  
quatuor, totidem vasa, candelabra duo, fratibus  
librae sex.

12 Beato Eliphio martyri; sancto Martino con-  
fessori **cc** tantumdem. Premium præterea Solagan  
per precariam **dd** nostræ ecclesiæ acquisi-  
tum.

13 Ad S. Mariæ altare, vasa duo ex me-  
lioribus, monasterio et claustro perficiendo li-  
brae centum. Cortina, scannalia duo, mappæ to-  
tidem.

14 Ad altare S. Cæciliae auri librae tres, corti-  
na, candelabra duo, vasa duo, tapete unum,  
scannalia duo, in consummando monasterio li-  
brae quinquaginta. Collegio illius monasterii li-  
brae decem, mensale.

15 Ad Sanctas Virgines **ee** vasa duo, can-  
delabra duo, pallia duo, cortina, tapete unum,  
scannalia duo, sanctimonialibus librae decem,  
mensale.

16 Altari sanctorum martyrum Cassii et Flo-  
rentii auri librae due, baccina **ff**, que penes nos  
sunt, cuppæ **gg** duæ, pallia totidem, fratibus li-  
brae decem.

17 Sancto Victori **hh** et collegio tantumdem.

18 Monasterio et claustro Sosatio fundando  
librae centum, altari sex vasa, pallia totidem,  
tapete unum ex majoribus, scannalia duo,  
cappa et casula ex nostris. Premium preter-  
ea,

A ea, quod Wodilo deprecata nostro dedit, illud etiam, quod dominus Poppe, Richil-dinchuso et Aruite nobis satis noviter acquisi-vit ii.

## ANNOTATA.

a Leibnitius habet: Vestro roborigi judicio juxta ac testimonio; sed codici nostro consonat Miræus, apud quem et Leibnitium, locis supra in Annotationibus, quas Vitæ cap. 5 sub-jecit, ad lit. o citatis venerandæ, quod hic da-mus, antiquitatis monumentum existat.

b Leibnitius putat forte hic subintelligen-dum stabiliri; malim ego communicare.

c Metensis nempe et Virdunensis episcopi, qui, quemadmodum Rotgerus in Sancti nostri Vita cap. 5 testatur, præsentes huic, testamen-tum suum Remis contenti, adstiterant.

d Leibnitius legit: Eapropter ex sententia fra-trum nostrorum Theodoricu, Wifridi, qui et ipsi B alumni nostri sunt, cuncta conscientia recta, Deo volente, transigit; verum, cum Miræus Codici nostro consonet, præstare videtur hujus lectio tantumque in hac pro transagite ponendum transigit.

e Quæ ab hac voce usque ad voces Cuppam auream hic sequuntur, sensum generant admo-dum obscurum; quo autem utcumque is intel-ligatur, verba, quibus constat, parenthesi horum parte, uti a Leibnitio, apud quem et Mi-reum proxime ante vocem clavibus voces binæ enim est, in codice nostro omissæ, ponun-tur, fieri obseruo, inclusa duabusque hisce vocibus hujus Eivizonis, quas a librario per-pe-ram exaratas ac sejunctas suspicor, correctis ac in unam conflatis, sequenti modo mutanda seu exponenda opinor: Et quicquid per opes nostraras in ecclesiastam (id enim omne, nisi quid a ministris, ne ab ecclesia divisum esse vide-retur, relatum nondum sit, Husevizonis viri illustris, cimeliarchæ sancti Petri, clavibus custoditur) thesauri est illatum, videlicet vasa aurea et pretiosiora quæque, sub testimonio Christi et Ecclesiae ante altare sancti Petri coram domino Poppone, proto et ecclesiæ no-stræ æconomia congesta diligenter ratione inspecta, in ministerium sanctæ Dei Genitricis Mariæ et beati Petri Apostoli in ipsa ecclesiæ in perpetuum usum perpetuo consecrentur. Porro ecclesia, cui hic memorata legantur, ho-dieque est metropolitana electoralis Colonien-sis.

f Hæc vox a voce Græca Κειμηλίαγγει, Latine suppellectilis pretiosæ præfectus seu thesaura-rius, formatur, oportetque proinde, ut exare-tur Cimeliarcha.

g Hæc vox idem significat, quod Primice-rius. Adi, quæ cap. v Vitæ Sancti nostri sub-jecit, Annotata ad litt. cc.

h Vox hæc, ni fallor, vel calicem, vel vas, sacrae Eucharistiae asservandæ destinatum, hic significat.

i Epistolium, ut puto, vel obturaculum va-sis. Adi ad hanc vocem Cangium in Glossario.

k Patena, ni fallor, hac voce hic significatur, diciturque forsitan Græca, quod ad Normam, qua Græci patenas suas confidere solebant, esset confecta.

l Hinc liquet, S. Pantaleonis, cui hic me-morata donantur, monasterium, cum Sanctus

noster moriebatur, nondum penitus ad umbi-licum fuisse adductum. A. ROTGERUS.

m An vox hæc idem, quod Mappa, signifi-cet, dubitare cogor ex eo, quod eidem S. Pantaleonis ecclesiæ Mappas triginta mox hic Sanctus leget.

n Id est, Scamni Stragula.

o Leibnitius, cui fere ad amissum Miræus hic consonat, sic habet: Insuper equorum, quic-quid nobis fuerit, ipsisque ecclesiæ reperte sunt exceptis villas quas ecclesiæ nostræ acquisivi, Langalon juxta Rhenum, Werebetti etc. domum quoque sobrini nostri Mettemsis episcopi et vil-lam Havingan; insuper quicquid de rebus ec-clesiæ nostræ tenet, trado. Mendosa quidem certo est hæc lectio; verum, cum eisdem pro voce Villis habeat Villas, sensusque textus modo hic dati, si in eo, prout in codice nostro existat, vox Villis, posuit post vocem exceptis commate, vox Villas substituatur, perfectus mendicus etiam, ut apparel, expers sit futu-rus, Leibnitiana lectio, etsi mendosa, facit, ut in dicto textu, prout in codice nostro existat, vox Villis re etiam ipsa vocem Villas putem substituendam.

p Vox hæc a voce Græca γροκουσίον, quæ locum, senibus alendis destinatum, significat, est formata debetque proinde exarari Geroco-mium.

q Tuitium pagus est, ad ulteriorem Rheni ripam ex adverso Coloniae Agrippinæ situs. Leibnitius hic, sed, cum codice nostro conso-nat Miræus, haud dubie mendose, habet Quicquid prædiu nobis tuitum est.

r Miræus legit Jeresvelt præter in Saxonia usque situm, suntque tam hæc, quam quæ hisce in codice nostro hic respondent, apud Leibnitium omissa.

s Id est, Domini.

t Id est, accredit.

u Ipsomet videlicet emortualis Sancti anno, uti in Commentario prævio § xviii docui; etsi autem, vero absimile non videri, Coloniam pariter tunc S. Privati reliquias a Brunone fuisse allatas, ibidem etiam adjuncerim, anne tamen vere factum id tum fuerit, revocari F haud immerito, ut consideranti palescel, poterit in dubium, si Sanctus morti proximus, sese oratorium, in quo S. Privati reliquias reconderer, non construere, sed construxisse, in testamento suo dixerit, uti hujus, quam cœda noster hic exhibet, lectio contra Miræi juxta ac Leibnitii lectionem fert.

x Cupparum hic, cuius vocis ac duarum alia-rum postremo hic occurrentium significatio-nem jam supra dedi, numerus haud determi-natur, cumque omnes accusativo casu absque verbo, quod hunc exigit, efférantur, vel textui aliquid deest, vel certe verbum, quod accusati-vum regat, subaudiri est necesse.

y Id est, vascula, in naricula formam effi-cita, thurique seu rebus quibuscumque aliis asseverandæ destinata.

z Hic, uti et post singulas, quæ modo se-quentur, donationes subintellige: legentur vel conferantur, vel aliud pars significationis verbum.

aa Colonizæ collegiata est canonicorum ecclesiæ, S. Cuniberti nomine ac sacris duorum SS. Ewaldorum, de quibus in Opere nostro ad IIII mensis hujus diem jam actum, corporibus condecorata.

bb Collegiata

A. ROTGERO.

bb Collegiata et hæc est Coloniæ canonico-rum ecclesia.

cc Insignis est Coloniæ Agrippinæ Ordinis S. Benedicti abbatia, in qua seu hujus ecclesia S. Bruno S. Eliphili reliquias, e civitate Tulensi a sese, ut supra docui, Coloniam delatas, locaratur.

dd Id est, sub onere ei, qui prædium concessi, hujus usum fructum tota vita sua permittendi.

ee S. Mariæ, S. Cæciliae et SS. Ursulae ejus-que Sociarum sunt tres Colonizæ, quæ canonicas et canonicas nobiles habent, ecclesiæ insigues.

ff Id est, vasa seu pelves.

gg Leibnitius legit cappæ, sed codici nostro consonat Miræus.

hh Id est, collegiatæ Sanctensi ecclesiæ, Sancti hujus, de quo in Opere nostro ad diem præcedentem egimus, nomine insignitæ.

ii Susatum, vulgo Zoest, electoratus Coloniensis oppidum, collegiatam habet canonico-rum ecclesiam, a S. Brunone et fundatam et S. Patrocli, a quo propterea nuncupatur, reliquiis dilatam. Commentarium prævium § xvi videsis.

Regia progenies, terras memoranda per D omnes,

Bruno pacificus, vir bonus atque pius.

Archos antistes, cui clara b Colonia sedes,

Visus erat cunctis charus ubique bonis.

Offendit tenebras lux vivacissima tetras,

Invida lingua tacet, laus modo vera placet.

Non fuit hic mundus tam raro munere dignus :

Raptus ab hoc nævo c, jam fruitur Do-mino.

Idus Octobris quinto præsul duodennis d Vite concessit, spes comes alma fuit.

#### ANNOTATA.

a Id apud Surium Sancti nostri Vitæ annetur; hinc factum, ut Historiæ Litterariæ Franciæ scriptores monumentum illud, quod veluti longe infra S. Brunoniæ merita non abs-que causa carpunt, jam inde a tempore, quo Rotgerus Sancti Vitam scripsit, memoria ejus E positum fuisse existimarent; verum cum Rotgeri lucubratio nec prout a Leibnitio est edita, nec prout in codice nostro exstat, Epitaphium illud sibi habeat annexum, id Sancti nostri apud Surium Vitæ ab eodem, qui in hanc SS. Evergisi et Patrocli Translationis Historiam intulit, interpolatore anonymo fuisse adjectum, verosimile appareat, facileque proinde factum esse potest, ut forsitan non prius, quam cum quinquaginta amplius anni post Sancti obitum essent elapsi, memorie ejus fuerit pos-tum.

b Ita Leibnitius; sed Surius habet: Data.

c Tam Leibnitius, quam Surius, habet nævo, sed præstare, ut ponatur ævo, cum Leibnitio existimo.

d Surius legit Duodenus, sed Duodennis hic scribere cum Leibnitio libuit.

#### EPITAPHIUM a

E Surii et Leibnitii editionibus  
inter se collatis.

Fundite corda preces, lachrymosas mittite  
voce:

Ecce Pater patriæ conditus in silice.

#### DE B. JACOBO ALEMANNO C.

ORDINIS S. DOMINICI

C

F

BONONIÆ IN DITIONE PONTIFICIA

J. B. F.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

Beati memoria in Martyrologiis: cultus: Vita edenda: obitus tempus.

ANNO MCDXCI.  
Bononie Bea-tus, de quo me-moria

Bononie, quæ ampla et pulchra civitas est Archiepiscopal et cognominis provinciæ in ditione Pontifícia caput, in conventu Fratrum Predicatorum seculi xv anno 91 sancte obiit, honorificeque adhuc asservatus colitur hoc die B. Jacobus, ejusdem Ordinis Predicatorum frater, ut vocant, laicus, a patria sua Alemannus dictus, ut qui natus est Ulmæ, quæ ampla, probeculta et munita civitas est Germaniæ, in Sueviæ circulo, ad Danubium sita. Ex martyrologiis, si Dominicanos exceperis, tres solum ipsius memoriam celebrantes reperi,

quos inter primum locum tenet Molanus, cuius verba hic accipe: Hoc die, id est xi Octobris, obiit B. Jacobus Alemannus Ordinis Predicatorum. Hunc sequitur Philippus Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, qui non sunt in Romane Martyrologio, Beati memoriam eodem die paucis sic celebrans: Bononie B. Jacobi Alemanni Ord. Predicatorum. Tertio loco laudandus est Castellanus, qui in suo Universali sanctorum Martyrologio eodem die, paucis additis, illum sic commemorat: Beati Jacobi Alemanni, qui, vitrearum laminarum pictor,